Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

erat ante eum. Et respondens ihe dixit ad legis peritos et pha-
riseos. Si licet sabbo curare. At illi tacuerunt. Ipse vero ap-
prehensum sanauit eum. ac dimisit. Et respondens ad i-
los dixit. Cuius vestrum asinus aut bos in puteum cadit.
Quo continuo extrahet illum die sabbi. Et no poterant
adhec respondere illi. Dicebat autem ad invitatos parabolam
intendens quomodo primos accubitus eligent. dicens ad
illos. Cum invitatus fuis ad nupcias. no discumbas
in primo loco. ne forte honoratior te sit invitatus ab
illo. Veniens qui te et illum vocauit dicat tibi da huic
locum. Tunc incipias cum rubore nouissimum locum tene-
re. Sed cum invitatus fuis. uade et recumbe in nouissimo loco.
Ut cum venit qui te invitauit dicat tibi. Amice ascen-
de superius. Tunc erit tibi gloria coram simul discumben-
tibus. quia omis qui se exaltat humiliabit. et qui se
humiliat exaltabitur. Feria. iiij. mensis. Ioe Anos.

Hec dicit dis. Ecce dies venient. prophete.
Comprehendet arator messorem. et calcator uue
mittentem semen. Stillabunt montes dulcedinem. Om-
nes colles mollescent. Et convertam captiuitatem. populi
mei israhel. Edificabunt ciuitates desertas. Habitabunt
in eis. Plantabunt vineas. Bibent vinum earum. Facient
hortos. pomaria. Comedent fructus eorum. Et plantabo
super humum suam. nec euellam eos ultra de terra sua. quam
dedi eis. Dicit dis omipotens. Ioe libri Esdre.

In diebus illis. Congregatus est omis ppls quasi vir
unus. ad plateam que est ante portam aquarum. dixerunt
heldre scribe. ut afferret librum legis moysi quem preceptit do-
minus israheli. Attulit ergo heldras sacerdos legem coram